

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5740

**Auteur(s) :** Rotrou de Warwick, Évreux (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1142, 8 décembre

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Rotrou, évêque d'Évreux, confirme une décision du comte Galéran concernant l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger. Le comte a confié ladite église avec toutes ses dépendances à l'abbaye du Bec. L'évêque confirme ces dispositions.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Combalbert Grégory, *Actes des évêques d'Évreux (XIe siècle-1223)*, à paraître sur E-Cartae(lien à venir)

Texte établi d'après a

Rotrocus Dei gratia Ebroicensis episcopus universis fidelibus et filiis sancte Ecclesie salutem in Domino. Quoniam in ecclesia Sancte Trinitatis de Bellomonte divinum officium, quod in ea diu floruerat et incuria magistrorum tunc temporis pene defecerat, placuit Gualeranno tunc comiti, assensu nostro de cujus consilio ipsa ecclesia pendet, quod divinus cultus, qui in ea decederat, vocatis religiosis personis restauraretur. Hoc autem ut sic commodius fieret, consilio nostro et suorum amicorum et hominum, ecclesie Becci prefatam ecclesiam cum omnibus pertinentibus ad eam commisit. Recepti igitur illam ecclesia Becci de manu episcopi quod suum est dare, de manu vero comitis quod suum est advocati posse concedere. Hoc autem auctoritate nostri scripti et testimonio sigilli certum facimus, et de futuro mansurum firmamus, subjicientes anathemati qui hanc donationem cassaverint. Huic negotio interfuerunt Heldericus abbas Lire, Herveus heremita de Lerru, Willelmus de Gloto, Rogerius de Brionio, tunc nostro ecclesie archidiaconi, Ricardus de Vetulis, Radulfus de Monte Aureo, Osulfus de Ponte Audomari, clerici, Robertus de Novo Burgo, Henricus de Ferreolis, Matheus de Poteria, Hugo de Mellent, Robertus de Formovilla, Willelmus de Pinu, Willelmus de Pede in Curia et Galterius frater ejus, Willelmus de Bigat et Gilebertus frater ejus, Gualterius Boucherius, Alveredus Soldarius, Robertus Manducans, Johannes de Burnevilla, Rogerius de Bosco, Willelmus de Terresilla, Odo de Magnavilla, Willelmus de Pontisara, Heluinus Carite, Odo Portarius, Ricardus de Monte, Berengerius de Sancto Albino, Walterus Mestorne, Robertus Lancea levata, Willelmus de Amcuria, Robertus Marescallus, Brairdus de Boeneio, Odo Aurifaber, Willelmus de Brionio, Rogerius filius Harpini.

Signum Rotroci episcopi Ebroicensis.

Signum Osberni decani.

Signum Willelmi de Gloto archidiaconi.

Signum Rogerii de Brionio archidiaconi.

Signum Richardi Croc archidiaconi.

Signum Balduini cantoris.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M° C° XL° II°, VI° idus decembris.